# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Prudencia siue prouidencia y
### cum fonte primo

Extrudenda sunt omnibus modis

langor a corpore, impericia ab animo, luxuria a uentre, a ciuitate sedicio, a domo discordia, a cunctis rebus intemperancia.

Duorum temporum maxime habenda cura, mane et uesperi; in altero gerenda prospice, in altero respice que gessisti.

Pictagoras in preceptum.

*Fuganda sunt omnibus modis et abscidenda igni ac ferro totoque artificio separanda languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a uentre, a ciuitate seditio, a domo discordia, et in commune a cunctis rebus intemperantia*. (Porph. *Vita Pyth*. 22). Pythagorica et illa praecepta sunt: *Amicorum omnia esse communia* et *amicum se ipsum esse alterum; duorumque temporum maxime habendam curam, mane et uesperi, eorum quae acturi sumus et eorum quae gesserimus* (Porph. *Vita Pyth*. 33)....

Hieronymus Stridonensis, *Epistula aduersus Rufinum*, 39 (CCSL 79, P. Lardet ed., pp.108-109, ll.40-49).